Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Hec erat visio discurrens in medio animali-
um. splendor ignis et de igne fulgur egre-
diens. Et animalia ibant et revertebantur
in similitudinem fulguris coruscantis. Marcy.
Illo. t. Dixit. d. i. d. s. Faciliu est camelum per foramen acus transire. quam diuite
intrare in regnum dei. Qui magis admira-
bantur. dicentes ad semetipsos. Et quis po-
test saluus fieri. Intuens illos ihs ait.
Apud homines impossibile est. sed non apud
dm. Omnia enim possibilia sunt apud dm. Et ce-
pit ei petrus dicere. Ecce nos dimisimus omnia.
et secuti sumus te. Respondens ihs ait. A-
men dico uobis. nemo est qui reliquerit do-
mum aut fratres. aut sorores. aut patrem. aut
matrem. aut filios. aut agros. propter me et
propter euangelium. qui non accipit centies tantum
nunc in tempore hoc domos. et fratres. et soro-
res. et matres. et filios. et agros. cum persecu-
tionibus. et in seculo futuro uitam eternam.
Sequentia sancti lect. e. b. Iacobi apli.